indicio amantis agnoscere. Ualete enim domini et aduertentes quidcupiam uotiua uel necessaria promulgate conloquia finit

ENNODIUS AGAPITO

Si mihi ex sententia dies flueret non negotiosis operam paginis potius quam obsequentibus exhiberem. Nec munus caritatis ad officia peregrina transducerem. sed coactus rem diligentiae necessariis commutaui. sublimis enim et magnificus uir p(ro) dolosis inimicorum laborat insidiis. qui p(ro) meae equitatis uirtute implorat patrocinium ne praua concinnatio opinionem eius permittatur incessere. et fabricati rumoris ferat forte compendium mihi salutationem largissimam dicens de p(re)c(ess)ore ut ille qui in uobis notus est uigor adsurgat. et q(uo)d a partibus uestris poscitur mei sermonis obsequio ad impetrationem congruam perducatur. finit

EPIGRAMMA IN DOMO ANTE ORATORIUM

Commoda de damnis mercaris gaudia planctu.
Si tibi de Christo est indubitata fides. ANTE OLIARIUM
Hoc est quod nitido membrum conplectur oliuo.
Nil potius sanctas conuenit ante fores. ANTE HORREUM
Horrea parua licet sed mens est largior illis
Non parcens opibus diuicias merui. ANTE SCALAS
Aduenient animum referantes teste figura.
quo semper uotum proditur indicio. ANTE CELLARIUM
Nulla penum laxat mentis pressura sinistrae.
Effluit expensis quod spatiis latitat. ANTE COQUINAM
Non mihi diffusae dant prandia celsa coquinae.
Ne plures uenter concutit artifices
Fercula pauca damus numerum uicentia cultu.
gloria nec mensae damna salutis auet. ANTE CANAUAM
Sobria cella cadis uinum quod seruat honustis
Corpora confirmat gressibus acta suis.
Infundant multis irarum pocula flammas
cuntis cum nostro bellis sacor da mero. IN INGRESSU HORTI
Respice qui gressum sinuas per amoena uirecta.
Ut discas cultis lucem praeferre diserti.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0206